Zu 903:

Cod. pag. 588, bei Wedekind No. 44.

Tradita esse illa (scil. bona) a Bardone comite et fratre Wiberti eo tempore, quo Wibertus vitam cum morte commutavit demonstramus sequentibus Chronici Mscti. et coaetanei verbis, in quo haec leguntur:

„Anno 903 obiit Wibertus eps. Hildeneshemensis olim commonachus noster. Cantavimus ei requiem insuper. Tradidit frater illius Bardo comes bona quaedam pro anima ejus.“

Cod. pag. 597. Nostra enim sententia se sustentat situ bonorum traditorum ac testimonio gravissimo Chronici nostri Mscti. et coaetanei, ex quo didicimus, Bardonem fuisse comitem ejusque fratrem fuisse Wibertum episcopum Hildeneshemensem.

Zu 906:

Cod. pag. 603, bei Wedekind No. 45.

„Tempore regis Illudovvici Ungarii usque in Saxoniam nostram penetraverunt, audaciores facti per dissidia intestina Romanorum primo in Bajoariam se effundunt, atque igne caedibus et rapinis grassando, Alemanniam, Franciam, Thuringiam et Saxoniam percurrunt. Direptae enim sunt villae, templa incensa, coenobia flammis deleta, incolae interfecti, sacerdotes trucidati.“

Excerpt daraus zum Jahre 906. Braunſchweig. Anzeig. vom Jahre 1752, No. 71, S. 1408, ſ. bei Wedekind, Fragm. No. 7. Ungarii in Saxonia.

Dann: Cod. pag. 603, 4. a. a. O. No. 45, gleich hinter trucidati:

„Quamvis autem Illudovicus rex ad hanc refrenandam audaciam ex Alemannis, Francis ac Bajoariis exercitum contraheret, infeliciter tamen cum eis congressus, tantam cladem accepit, ut in maximas angustias conjectus pacem auro atque annuo tributo redimere debuerit, quibus agitatus satis iniquis et cruciatus doloribus morbum fatalem contraxit, quo invalescente paulatim ejus frigore solutus anno 911 spiritum emisit in auras, uti Chronicon nostrum Corbeiense manuscriptum testatur.“

Zu 911 [1]):

Cod. pag. 72. Sita in hac villa bona tradidit supra dictus Erdag pro conjuge sua Gherburgh, quam regis Illudovici filiam fuisse nostri Corbejenses memoriae prodiderunt.

Cod. pag. 369. Fragment bei Wedekind No. 31.

---

[1]) Die Stelle aus Cod. pag. 604 auf der folgenden Seite rechtfertigt die Einordnung dieſer aus pag. 72, 369 u. 532 zu 911.